

gionem inveniat, quod si aliquis vellet inferri  
 re Deo, unam ex Religionibus jam approbatis  
 eligeret: hoc tamen non obstante aliqua Re-  
 ligiones excreverunt: & ideo Concilium Lug-  
 dunense sub Gregorio X. anno 1274. & re-  
 fertur in corpore juris lib. 6. *Decretal. titulo*  
*de Religiosis Domibus. cap. unico.* Postquam  
 Concilium Lateranense præcepit abolere no-  
 vas Religiones, exceptis Mendicantium, sci-  
 licet Prædicatorum Minorum, Eremitarum  
 S. Augustini, ac Carmelitarum, & de his  
 duobus loquens Concilium Lugdunense, ait:  
*Ceterum Eremitarum S. Augustini, & Carme-*  
*litarum Ordines, quorum institutio, dictum*  
*Concilium Generale, scilicet Lateranense, præ-*  
*cessit in solido statu volumus permanere.* Ergo  
 juxta sacrum Concilium insertum in corpore  
 juris, Religio Carmelitarum incepit, & erat  
 ante Concilium Lateranense: Quorum insti-  
 tutio dictum Concilium (Lateranense nempe)  
 præcessit; ergo in ipso Concilio Religio Car-  
 melitana non fuit instituta, sed jam ante  
 ipsum præcesserat, & erat, ut constat ex Con-  
 cilio Lugdunensi.

22. Tertiò Cardinalis Baronius *tom. 12. ad an-*  
*num Christi 1181. §. antequam,* tenet, quod  
 Religio Carmelitarum cæperit per Aymericum  
 Patriarcham Antiochenum legatum sedis  
 Apostolicæ in Oriente, qui cum videret  
 multos vitos, graves, divisos per varias par-  
 tes, eos tunc congregavit in Monte Carme-  
 li, indeque dicta Religio habuit exordium  
 sub dicto Alexandro III. anno 1181. valde  
 mirum, quod Eminentissimus Dominus Car-  
 dinalis talem proferat sententiam absque ali-  
 quo Auctore, fundamento, & ratione, in re  
 tam gravi, & antiqua, & ut optimè ait Car-  
 amuel Abbas Satrianensium, & Campaniensis  
 Episcopus Apolog. pro doctrina de Probabi-  
 litate epistol. 4. n. 22. & ait: *Sum jam asuetus*  
*Baronio non credere dicenti, sed non probanti:*  
 Ergo cum Baronius non probet, sed dicat,  
 ejus dictis non est standum, & contra hanc  
 sententiam insurgunt omnes nostri Doctores  
 fundamentis appositis superiori questione,  
 quibus ostenditur Eliam esse Patrem nostrum,  
 per hæreditariam successione.

23. Deinde hæc dicta sententia rejicitur per  
 multas scripturas authenticas foundationem  
 multorum Conventuum, qui per multas cen-  
 tenas annorum ante Aymericum fundati, ac  
 erecti fuerunt, & jam ferè per quingentos  
 annos, ut Conventus Florentiæ an. 743. &  
 Conventus Senensis anno 797. ut constat ex  
 antiquis lapidibus exaratis in ipsis Conventi-  
 bus, & antiquis scripturis, per publicos Ta-  
 belliones circa donationes Carmelitis factas  
 in fundatione talium Conventuum, quas ad-  
 ducit Lezana *tom. 3. Annalium ad prædictos*  
*annos.*

Tres prædictas sententias per Bullas authen-  
 ticas aperte refuto.

24. Hæc omnes tres prædictæ sententiæ asseren-  
 tes, Religionem ortum habuisse sub Alberto,  
 Innocentio III. vel Aymerico per authentica  
 apostolica diplomata, aperte & manifestè  
 ostendo, esse omnino alienas à veritate, nul-  
 lamque probabilitatis vestigium habere pos-  
 sunt: Nam Summi Pontifices Stephanus V. *Stephan. V.*  
 qui floruit anno 816. Leo IV. anno 847. *Leo IV.*  
 Adrian. II. ann. 868. Sergius III. ann. 907. *Adrian. II.*  
 Joan. X. anno 913. Joannes XI. ann. 931. *Serg. III.*  
 Alexander II. anno 1061. Qui omnes Summi *Joan. X.*  
 Pontifices concesserunt varias indulgentias *Joan. XI.*  
 visitantibus Ecclesiis Fratrum Ordinis Bea- *Alexand. II.*  
 tissimæ Virginis Mariæ de Monte Carmeli in  
 diebus festivis. Has omnes concessiones Apo-  
 stolicas refert Sixtus IV. in sua Bulla secunda  
 pro Religione Carmelitarum, & incipit, *Sixtus IV.*  
*attenta quod gloriosissima,* & etiam eas refert  
 Gregor. XI III. in sua Bulla; *U. laudes,* quæ  
 habentur authenticæ in nostro Conventu  
 Transpontino, & in hoc Carmelo Ulyssipponen-  
 si & in Bullario Carmelitarum Discalceato-  
 rum fol. 117. & fol. 326. & apud Bullarium  
 Rodrig. & alios.

Ex his septem Summi Pontifices, sex flo-  
 ruerunt, ante annum millesimum, ex quibus  
 Stephanus V. Leo IV. Adrianus II. ferè per  
 trecentos annos fuerunt ante Aymericum: &  
 ferè per trecentos & quinquaginta ante Al-  
 bertum, ac Innocentium, Et Pontifices Ser-  
 gius III. Joannes X. Joannes XI. suum Pon-  
 tificatum tenuerunt, ante Aymericum plus-  
 quam ducentos, annos, & ante Albertum, &  
 Innocentium III. & Concilium Latera-  
 nense; ferè ducentos, & quinquaginta annos.  
 Alexander II. suum pontificatum gessit, ante  
 Aymericum excedens spatium centum an-  
 norum, & ante Albertum, & Innocentium III.  
 ferè per centum quinquaginta annos. Ergo  
 aperte per Bullas Apostolicas authenticas de-  
 monstratur, quod nostra Religio per multas  
 centenas annorum præcessit Aymericum, Al-  
 bertum, Innocentium III. ac Concilium  
 Lateranense, & consequenter, quod per  
 nullum illorum habuit exordium.

Quartò; Hieronymus Romanus *lib. 6. sua*  
*Reipublice, cap. 10.* ait Religionem Carmeli-  
 tanam habuisse suum principium anno 706.  
 sub Leone I. Summo Pontifice, merito M.  
 Joannes Carthagensis *to. 3. in Evangel. lib. 17.*  
*homil. 2. objectione 5.* appellat hoc dictum non  
 sententiam, nec opinionem, sed delirium;  
 nam iste bonus Auctor, nullum fundamen-  
 tum nec rationem, nec Auctorem profert,  
 ob quod descendum sit Religionem tali anno  
 fuisse institutam, non potius antea, vel  
 postea.

Quintò; est quorundam sententia, quos ta-  
 cito nomine video referri, asserunt Reli-  
 gionem nostram suam originem accepisse sub  
 Joanne Patriarcha 44. ad annum 412. & falsi-  
 tas istius sententiæ convincitur ex lib. ipsius  
 Joannis 44. de institutione Monachorum, *Joan. 44.*  
 Vbi per tortum ostendit Eliam esse fundato-  
 rem, ac Auctorem ipsiusmet Religionis, quod  
 probat à cap. 2. & 3. & deinceps, & D. Cyril-  
 lus Constantinopolitan. *lib. de processu Ordinis,*  
*cap. 2.* ait: *Quod fuit vir quidam insignis, &*  
*magnus. In Monte Carmelo, Joannes nomine,*  
*qui ceteros consortes suos, ejusdem montis Mo-*  
*nachos, exemplo suo & magisterio, sollicitè in-*  
*ducebat ad perfectionem acquirendam, secundum*  
*propheticam disciplinam vita monastica per*  
*Eliam Prophetam institutam. Et quo rectè in-*  
*fert insignis Abbas Joannes Carthagensis in ex-*  
*positione Regulæ sancti Benedicti disput. 34.*  
*num. 341.*

Imprimis nostram traditionem veneratur,  
 & approbat Doctor Franciscus Suarez mag-  
 nus splendor sacre Societatis, ac hujus sæ-  
 culi *tom. 4. de Relig. lib. 2. cap. 10 in princip. &*  
 ait: *Est valde recepta, & satis antiqua traditio*  
*Religionem hanc à temporibus Prophetarum, &*  
*signatim ab Elia institutione suam docere origi-*  
*nem. Hanc eandem traditionem approbant,*  
 & confirmant omnes Auctores, quos supe-  
 riori *quest. num. 13. 14. 15. & 16.*  
 Nec omnia; quæ facta sunt antiquis tem-  
 poribus scripta sunt. Ut notat Theophyla-  
 ctus 1. Corinth. 11. *vers. 2.* & ait: *Liquet ex his*  
*cum Paulum, cum reliquis Apostolos hand-*  
*quaquam omnia litteris mandasse. Et de hac re*  
 multa adducit Bellarminus lib. de Traditio-  
 nibus; & ex eo quod aliqui Auctores antiqui  
 non faciunt mentionem de aliqua re, deinde  
 eam de falsitate arguere, ridiculum est, de  
 quo optimè ait Theophilus Raynardus *lib. de*

num. 341. quod iste Joannes 44. post raptum  
 Eliæ magnis documentis, ac vitæ suæ exem-  
 plo maximè instruxit Carmelitanos Religio-  
 sos in vita monastica, ac illius perfectione.

QUESTIO III.

Satisfit objectionibus cujusdam Auctoris Moderni.

SUMMARIUM.

- 28 Refertur opinio cujusdam Auctoris.
- 29 Comprobatur traditio Carmelitarum.
- 30 Nec antiqua omnia sunt scripta, & n. 31.
- 32 Traditio Carmelitarum ex multis comprobatur & num. 33.
- 34 Magna fides, & auctoritas Joannis Jerosolymitani.
- 35 Et est concedatur, nihil facit contra nos.
- 36 Maxime stabilitur nostra sententia.
- 37 Refertur, & impugnatur sententia cujusdam Auctoris, & n. 38.
- 39 Carmelita multum profecerunt sub doctrina Apostolorum.

28. Quidam Auctor.

Quidam modernus Auctor multis insur-  
 git contra nos, quæ rationem; nam ex  
 eorum solatione, magis elucescit, & patefit  
 nostra veritas: Ait iste Auctor nostra sen-  
 tentia de origine ab Elia, habet suam in sum-  
 ex libro Joann. 44. qui liber fabulosus est, & auctor  
 suspectus hæresis, ac proinde nullius fidei cens-  
 dum erit, quidquid à tam impuro fonte mana-  
 vit. Deinde si status Ordinis esset tam anti-  
 quus, de illo faceret mentionem per illa sæ-  
 cula conviventes. Deinde subdit, quod Reli-  
 gio nostra Carmelitana nullam potest in hac  
 re habere traditionem, quia traditio non ha-  
 betur, nisi per sanctos Patres, ac Doctores,  
 unde infert. *Igitur videnda sine dubio traditio*  
*nunquam tradita, in nullo sanctorum inventa,*  
*imo nec gravissimorum Doctorum, sed commen-*  
*ta ardore obtinendi antiquissimam originem.*

Traditio Religionis Carmelitana vera, & firma est.

29. Suar.

Imprimis nostram traditionem veneratur,  
 & approbat Doctor Franciscus Suarez mag-  
 nus splendor sacre Societatis, ac hujus sæ-  
 culi *tom. 4. de Relig. lib. 2. cap. 10 in princip. &*  
 ait: *Est valde recepta, & satis antiqua traditio*  
*Religionem hanc à temporibus Prophetarum, &*  
*signatim ab Elia institutione suam docere origi-*  
*nem. Hanc eandem traditionem approbant,*  
 & confirmant omnes Auctores, quos supe-  
 riori *quest. num. 13. 14. 15. & 16.*

30. Theophil.

Nec omnia; quæ facta sunt antiquis tem-  
 poribus scripta sunt. Ut notat Theophyla-  
 ctus 1. Corinth. 11. *vers. 2.* & ait: *Liquet ex his*  
*cum Paulum, cum reliquis Apostolos hand-*  
*quaquam omnia litteris mandasse. Et de hac re*  
 multa adducit Bellarminus lib. de Traditio-  
 nibus; & ex eo quod aliqui Auctores antiqui  
 non faciunt mentionem de aliqua re, deinde  
 eam de falsitate arguere, ridiculum est, de  
 quo optimè ait Theophilus Raynardus *lib. de*

Theophil.

scapular. Carmel. part. 2. *quest. 1. & ait* *Mihi*  
*universa hæc recitatio plane straminea videtur;*  
*usi sum plane hac argumentandi inanitate Ana-*  
*baptista, asserbant, narrationem de homine ad*  
*piscinam probaticam sanato fabulosam esse & à*  
*falsario quodam intrusam in Joannis Evange-*  
*lium; cum nunquam fuerit Hierosolymis Pisci-*  
*na probatica, quod probant dicto argumento; ex*  
*Josepho de ea piscina, silentio. Cum fuerit dili-*  
*gens Auctor de rebus Judaicis Rider eam ar-*  
*gumentandi ruditerem Toletus Joann. 5. Annotat.*  
*Simili modo, homo parum sobrius Ulrici Ve-*  
*lenus, inde probat falsum esse S. Petri Pontifica-*  
*tum, quod sanctus Lucas tam minuta de Paulo*  
*recensens in lib. Actorum, silerit tamen de S.*  
*Petri Romam appulsa, & colloctione cum Pan-*  
*lo; Cum quo tamen non potuisset Petrus non age-*  
*re, si ambo simul Roma vixissent. Et statim sub-*  
*dit: Inde graves Auctores observant sanctum*  
*Lucam in Actis pleraque reticuisse, quæ ex ejus*  
*silentio infamulare falsitatis, ridiculum sit, ac*  
*puerile.*

De Christo Domino multa non sunt scrip-  
 ta in Evangelio, ut testatur. D. Joan. *cap. 21.*  
*num. 25.* & tamen multa de mysteriis ejus Na-  
 tivitatis, vitæ, passionis, mortis, Ascensio-  
 nis revelata sunt Beatæ Brigitæ, ac aliis san-  
 ctis, quæ pro certis habentur, ac indubitatis,  
 ut quod natus sit media nocte, quod flagella  
 fuerint quinquè millia &c. Quamvis ergo de  
 nostra antiquitate, ac traditione nullum est  
 scriptum documentum, sed erat revelatio  
 facta B. Petro Thomæ de stabilitate Ordinis  
 quæ revelatio tripliciter fuit examinata, & re-  
 cognita, confirmata, & approbata à sancta  
 Sede Apostolica sub Sixto V. Paulo V. Ur-  
 bano VIII. ut jam dixi superiori *quest. Vit-*  
*go sacratissima apparet B. Petro dixit: Con-*  
*fidito Petre, Religio enim Carmelitarum usque*  
*in finem sæculi est perseveratura, sic Elia, ejus*  
*namque institutor, jam olim etiam à filio meo id*  
*impetravit. Hoc sacratissimæ Virginis testi-*  
*monium fat erat pro confirmanda hæc veri-*  
*tate Et maxime cum nostra origo ab Elia sit*  
*valde antiqua, & antiquitas ipsa edax est li-*  
*brorum, potissimè cum nostra principia fue-*  
*rint in Syria, ac Palæstina, ubi Mauri, Persæ,*  
*ac Christiani nominis hostes multas clades,*  
*devastationes, ac incendia intulerant, ac ma-*  
*gna rerum monumenta perierunt; tamen ad-*  
*huc nostræ antiquitatis habemus præclarissima*  
*ac firmissima documenta; de hoc iterum dicam*  
*Resolut. 3. quest. 14. n. 122.*

Imprimis sunt septem Summi Pontifices  
 qui per suas bullas authenticas testantur Car-  
 melitanum Ordinem ab Elia, & Elia fuisse  
 inchoatum, ab eisque habere hæreditariam  
 successione, ut vidimus in hac resolutione  
*quest. 1. in exordio & aliis Pontificibus, qui*  
 Eliam dicunt constitutorem & Patrem Religio-  
 nis, & ex Decreto sacre Congregationis Sac. Congr.  
 jam citato, & iterum citando in hac *quest.*  
*num. 39. Josephus Antiochenus, de quo dixi*  
*superiori quest. vicinus temporis Apostolorum*  
*floruit anno Christi 130. in speculo perfectæ*  
*militiæ, Christianæ, cap. 12. ait: Perfectionum*  
*militiam Christi Apostolorum coadjutores surre-*  
*xerunt strenuissimi, viri solitarii, contemplatio-*  
*nique dediti, sanctorum Prophetarum Elia, &*  
*Elisæ imitatores, qui de Monte Carmelo des-*  
*cendentes*



cedentes per Galileam, Samaritanam, Palestinam fidem Christi Constantissime sparserunt, quique in Virginis Mariae honorem in montis Carmeli declivio fabricantes oratorium, Salvatoris Matri specialissime servierunt. De cujus antiquitate magno pondere Auctorum multa scribit M. Lezana tom. 1. Annal. cap. 6. Eusebius Caesariensis floruit circa annum 350. lib. 2. Historiarum, 3. ait: Apud Antiochiam florentissima congregatur Ecclesia, in qua erant plurimi viri Prophetici Ordinis, Luitprandus, seu Ferrandus, nobilis, & perantiquus Auctor claruit circa annum 960. in fragmentis 267. facit mentionem de Discipulis sanctorum Eliae Elisaei, ac eorum successoribus. Antiquissimum Chronicon Romanum apud Paleonydorom lib. 1. cap. 6. Luitprandus de quo infra.

Lezana. Eusebius.

Luitprand.

33. Deinde pro hac nostra sententia stant quatuor sanctissimi viri ab Ecclesia canonizati, sanctus Bertoldus, sanctus Brochardus, sanctus Cyrillus Constantinopolitanus, sanctus Petrus Thomas, quos retuli quast. 1. num. 9. & tot sanctorum virtutum auctoritate satis firma, & corroborata est hac sententia, & aliorum, quos retuli citata quast. 1. num. 13. 14. 15. & 16.

Joan. 44.

Tandem Joannes Hierosolymitanus qui floruit anno 412. In toto libro de Institut. Monachorum, maxime nostrum assumptum, ac intentum approbat, cap. 10. agit: De primis successoribus, ac imitatoribus Eliae, quos in monastica vita, & eremitica, quam primus hominum inchoaverat, successores post se in perpetuum relinquere disposuit, & habitavit in Monte Carmelo ad vitam solitariam religiosam ducendam apertissime. De isto Joanne Hierosolymitano ejusque fidei sinceritate, morum probitate, eximiaque sapientia, ac ipsius libri veritate, magno, & amplissimo gravissimorum. Auctorum Antiquorum numero agunt, comprobantque Tritemius de laudibus Carmelitarum, Aegydius Carmatus Generalis Ministorum lib. de gestis Eliae, c. 10. sect. 2. Canisius de B. Virg. ex sacra Societate, Valentia 2. 2. dist. 10. quast. 4. punct. 1. Possevinus in apparatu sacro, Salian, tom. 4. Annal. ad annum Mundi 3123. Alphonfus Flores in cap. 24. Ecclesiast. part. 3. num. 1676. ex nostris Vvaldenfis de Sacram. tit. 9. cap. 89. Petrus Vvaltal. tribus libris vindictarum, Lezana tom. 1. in apparatu, cap. 9. Daniel a Virg. Maria Vinca Carmeli, num. 1180. & 1197. M. Franciscus Bonae Spei de Concept. disput. 3. praesupposito quinto a n. 137. & late.

Tritemius. Carmatus. Canisius. Valentia. Possevin. Salian. Flores. Vvalden. Vvaltali. Lezana. Daniel. Francisc.

35. Esto ex abundantia concedamus aliquid contra probitatem, ac integritatem fidei Joannis, nihil facit contra nos, nam quae Joannes dicit de origine Carmelitarum, cum habeantur in Bullis Apostolicis Summorum Pontificum, maxime ut vera reputanda sunt, sicut quamvis liber scriptus ab Henoch, sit apocryphus, multis haereticorum erroribus plenus, tamen ea, quae Apostolus Judas narrat de eo in sua Canonica num. 14. maxime ut vera venerantur, & tenenda sunt, ut notant cum D. Hieronym. Benedictus Justinianus, Estius, Cornelius, & alii.

Judas Apost.

D. Hieron. Justin. Estius. Cornelius.

36. Videat ergo Lector, quo fundamento dicitur potest, quod nostra traditio nunquam tradita in nullo sanctorum est inventa, imo nec gravissi-

movum doctorum. Cum pro se habeat tot Romanos Pontifices, tot sanctos Canonizatos, & in magno numero tot gravissimos Doctores & antiquissimos, nam ut recte argumentatur Theophilus Raynaudus citatus, historiam a Patribus, & sanctis viris traditas Ecclesiae maxime venerandas esse & ideo ut certam habemus vitam S. Pauli Thebæi, & S. Hieronionis scriptam a S. Hieronymo Item & vitam S. Antonii a solo sancto Athanasio descriptam; quomodo quis negare audebit, quae nostra sunt, cum tradita habentur a tantis Summis Pontificibus, tantis sanctis Canonizatis, a tot & tantis, gravissimisque Auctoribus, ac antiquissimis, ac revelationibus approbatis a sancta Ecclesia Catholica, & plus eis credendum, quam tali adversario.

Teophy.

S. Hieron.

S. Athan.

Antiqui Carmelita multum profecerunt sub doctrina Apostolorum.

Ait supracitatus Auctor n. 10. Nam Carmelitana Religio, etiamsi verum fuerit, quod ab Apostolis fuerit propagata, & Christi disciplina & consuetudine imbuta, tamen cum Christi fidem accepit, & Apostolis adhaesit, & gratiam Spiritus sancti obtinuit, labi cepit, & a fervore illo, quem in Synagoga conservabat, paulatim defecit.

Idem Auctor.

Valde mirum est dictum, nam si illi, qui erant in Synagoga & fidem Christi acceperunt, Spiritus sancti gratiam sunt assequuti, & Apostolis adhaeserunt, in magno virtutum progressu profecerunt, ut planum est, & omnes fatentur; unde ergo colligitur, quod Carmelitana Religio, quae tunc Apostolis adhaerens, ab eisque Christi disciplina, ac doctrina imbuta; obtemperata gratia Spiritus sancti labi cepit, ac defecere a suo fervore quem in Synagoga retinebat. Imo potius ipsum fervorem gratia Spiritus Sancti; in melius, ac excellentius transmutavit, maxime, cum ipsi essent adherentes Apostolis sequendo, ac imitando eorum vivendi modum, ac Religionem cum tribus votis, ut citatus Auctor n. 11. fatetur de Essenis Theoricis fundatis tempore Apostolorum, ut testatur Saar, tom. 3. de Relig. lib. 6. cap. 1. num. 3. Suarius lib. Tribuaces c. 19. quast. 2. Si vota istis conceduntur cur neganda; sint Carmelitis contemporaneis Apostolorum, qui maxime assueti erant eorum sermonibus, ac colloquiis beatissimae Virginis, ut statim dicam; ergo saltem ab Apostolis, quibus adhaerebant, ac imitabantur Carmelita antiqui habuerunt vota.

38.

39.

Quantum vero Carmelita profecerint ex doctrina Apostolorum, pater ex Decreto sacrae Congregationis, bis approbato, semel a Paulo V. & iterum ab Urbano VIII. Jam in hac quaestione citata, & dicitur: Viri plurimi, qui vestigiis sanctorum Prophetarum Eliae & Elisaei insisterant, & Joannis Baptistae praenotio ad fidem Christi comparati fuerant, rerum veritate perspecta, atque probata, Evangelicam fidem confestim amplexati sunt; ac peculiari quodam affectu, Beatissimam Virginem (cujus colloquiis, ac familiaritate feliciter frui potuerunt) adeo venerari coeperunt, ut primi omnium, in eo Carmeli Montis loco, ubi Elias olim, ascendentem nubeculam, Virginis typo insignem conspexerat

Sacr. Coog.

xerat, eidem purissima Virgini sacellum construxerant. Ecce quantum profecerunt antiqui Carmelita in Ecclesia Christi, ut primi omnium, edificarent, ac consecrarent sacellum purissimae Virgini, ut testatur sacra Congregatio. Ipsos Carmelitas appellat Joseph Antiochenus jam citatus, perfectos Christi milites, coadjutores Apostolorum, ac viros strenuissimos. Similiter antiquissimum Chronicon Romanum, & Eusebius Caesariensis jam allegatus; & ex istis viris Ordinis Prophetici, qui erant in monte Carmelo, assumpsit, B. Jacobus Apostolus, sanctum Elpidium, quem constituit primum Episcopum Toletanum, ut testatur Luitprandus, quod accepit ex certissimis exemplaribus fide dignissimis, Thomas Tamar, de Vargas, Regis Castellae Historiographus, in sua Bibliotheca, n. 101. & ait: Sanctus Elpidius, quem sanctus Jacobus Apostolus praefecit Toletanis primum Pontificem, Carmelita monachus fuit, & in prima Petri concione conversus ad fidem; & subdit num. 171. Magna pars eorum, qui dispersi in persecutione sancti Stephani, ad varias partes trajecerant, & ad Hispaniam plurimi venerant, erant ex Monachis Montis Carmeli, praedicationibus Christi, ac Apostolorum, ad fidem conversi, & post martyres effecti. De multis Prophetici Ordinis, qui fuerunt ascetæ, ac discipuli D. Petri, ac aliorum Apostolorum, & in praedicatione Evangelica eorum coadjutores tractant etiam Joannes Hierosolimitanus lib. de instruct. Monachorum, cap. 31. Grossus Generalis in suo viridario clavi, 1. insignis Vvaldenfis tom. 1. Doctrina fidei, lib. 4. art. 2. cap. 27.

Joseph. Antioch.

Chronic. Rom. Eusebius.

Luitprandus.

Joan. Jeron. Grossus. Vvalden.

gnorum sanctorum, ac illustrissimorum virtutum, tantoque pondere gravissimorum Auctorum, ut in prima quaestione hujus Resolutionis monstravi, dicunt, omnia illa esse intelligenda de quadam hereditaria successione, quae aut erit solitudinis, aut Carmeli, aut aliarum asperitatum vitam solitariam, & contemplationi deditam, comitantium, & si velis etiam paupertatem castitatem, & obedientiam eorum successionem sine voto tamen in eo monte servatam dici non contendam, quia cum Religio absque votis non consistat, tunc non datur Religio, ac proinde illa successio non est secundum statum Religiosum, sed secundum aliquas observantias, & vitam contemplativam. Hæc cogitaverunt, sed in vanum laboraverunt.

Primo contra; in illis Patribus antiquis Elia, & Elisæo, ac filiis Prophetarum fuerunt illa tria vota obedientiae, ac paupertatis, & castitatis, qualia dari potuerunt in illa antiqua lege imperfecta, ut ostenditur infra Resolutione 3. ac proinde totum adversariorum fundamentum corruit. Ac proinde Carmelita habent ab eis successionem prout fuerunt cum talibus votis.

Secundo ex verbis sanctissimae Virginis Mariae, quae semper in omni adversariorum causa pro suis Carmelitis stat, eosque tueri ac defendit. Nam cum ostendit D. Petrus Thomas anno 1351. in nocte Pentecostes maxime exoraret pro firmitate, ac stabilitate sui Ordinis; ipsa sacratissima Virgo apparetis dixit ei: Confidite Petre, Religio enim Carmelitarum in finem usque saeculi, est perseveratura, Elias namque ejus institutor, jam olim etiam a filio meo id impetravit. Hæc revelatio est maxime authentica tripliciter examinata, & approbata in judicio contradictorio a sacra Congregatione Eminentiſſ. Dominorum Cardinalium, & habetur in nostro Breviario die 29. Januarii in lectione 5. approbato a multis Romanis Pontificibus, ut supra dixi quast. 1. n. 6. Tunc sic arguo; sanctissima Virgo loquitur de Religione Carmelitana, prout est duratura usque in finem saeculi, sed ut sic dicitur Elias ejus institutor, ergo Elias est ejus institutor cum substantia Religionis usque in finem saeculi, Major, & minor patent ex ipsa revelatione. Consequentia probatur, quia Religio ut tunc erat tempore revelationis, & juxta ipsam revelationem erit usque in finem saeculi & cum substantia Religionis, ac cum tribus votis; sed ut sic Elias dicitur ejus institutor; nam illa particula ejus ad Religionem refertur; ergo Elias cum tali statu est illius institutor cum substantia Religionis, quae consistit in tribus votis, alias non potest dici illius institutor, sed cujusdam vitae solitariae, ac eremiticae quod est quid valde diversum. Et confirmatur, quia sanctus Petrus orabat pro stabilitate, ac firmitate suae Religionis prout erat in praesenti cum tribus votis, sed ut sic dicitur a Beatissima Deipara illius institutor Elias.

41.

42.

Sacr. Congr. Breviarium.

QUESTIO VI.

Satisfit quibusdam Modernis, qui dicunt Carmelitas descendere ab Elia, non tamen secundum statum religiosum.

SUMMARIUM.

- 40 Obiectio adversariorum.
41 Elias, & Elisaeus fecerunt vota.
42 Revelatio sancto Petro Thomae.
43 Verba B. Virginis, cum sine beneficium summi Principis in proprio sensu interpretanda.
44 Locutio impropria per respectum ad sensum Genuinum, & litteralem imponat fictionem.
Christus Dominus nunquam dixit verbum improprium, ibid.
45 Pontifices approbant Religionem Carmelitana in esse Religionis dicunt habere successionem ab Elia.

40. Cum nostri Aemuli, adversarii se videant oppressi, ac convicti, tanta auctoritate ac testimonio Summorum Pontificum, tanta approbatione sacrae Congregationis Eminentiſſimorum Dominorum Cardinalium, tantis authenticis, & examinatis, ac approbatis revelationibus, tam perenni traditione ma-

43.

homs